

LECTIONES PVBLICAS

ET PRIVATAS

PER INSTANS SEMESTRE HIBERNUM  
*IN ACADEMIA LVDOVICIANA*

DEO DVCE ET AVSPICE HABENDAS

RECTOR

IO. FRIDERICVS

WAHL,

PROFESSOR IVRIVM ORDIN. ET ACAD. SYNDICVS,

VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT ET AD EAS SEDVLO AVDIEN-  
DAS GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIUM FA-  
CVLTATVM STUDIOSES PERAMANTER  
INVITAT


*D. X. SEPTEMBR. ANNO MDCCXXXVI.*

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI

---

GISSÆ, TYPIS EB. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.,

1736/37



*In Facultate Theologica.*

**D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*P. P. Ord. Superintendens, Consistorialis, Stip. Princ.  
Ephorus, & Acad. Senior.*

**L**ectionum *publicarum* loco *problematum* nonnullorum  
& θεωρητικῶν & πραγματικῶν, ex Catechesi LUTHERI desum-  
torum & ventilandorum, rationem obseruet. *Privatim* hor.  
IX. ex H. Eccl. arduam de *Conciliis* materiam, nuper promis-  
sam, cuius loco tamen illam de *heresibus* publice huc usque  
ex Dn. Auditorum desiderio pertractavit, nunc illustrabit,  
vt & B. D. FECHTII *Institutiones Pastorales*, junctis subinde  
certis casibus ex nostra *Ordinatione Eccl.* decidendis, expli-  
cabit; nec *præcepta exegetico - practica* certis textibus sa-  
cris adplicanda, desiderantibus denegabit, inque eo erit sem-  
per, vt omnia ad usum discipulorum & verum pietatis cultum  
referantur.

**REINH. HENR. ROLLIUS, D.**

*Prof. Publ. Ord. Consist. Principalis Assessor, ac diœceseos  
Alsfeld. Superint. Facult. Theol. h. t. Decanus.*

**I**n lectionibus *publicis*, præterlapso semestri *Institutionibus*  
*Theologiae moralis* MARTINI CHLADENII hora X. im-  
pensis, explicanda restat pars tertia, de mediis ad vitæ san-  
ctimoniam ducentibus, quam primo instantis semestris tri-  
mestri, si Deo visum fuerit, absolvet. Secundo deinceps  
trimestri in *historiam passionis Dominicae*, ex quatuor *Evange-*  
*listis coagmentatam*, commentabitur, potiora singularum peri-

pericoparum momenta in calamum dictaturus, perpetuo-  
que discursu illustraturus. *Privatim* hora VIII. in *lectioni-*  
*bis dogmaticis*, ad ductum BAIERI institui haecenus solitis, ea,  
qua par est, fide ac diligentia perget, eademque methodo,  
quæ in superiori Lectionum catalogo indicata est, ad finem  
perducere easdem proximo semestri studebit. Hora quoque  
commoda disputandi exercitium in b. FECHTII *Sylogem*  
*controversiarum*, de novo impressam, continuabit, nec illis  
sua defuturus opera, qui publice disputando profectuum  
suorum edere specimen secum constituent.

## ERNEST. FRID. NEUBAVER,

*SS. Theol. Prof. Publ. Extraordinarius.*

**I**N enarrandis perpetuisque exemplis illustrandis *institu-*  
*tionibus* b. RAMBACHII *hermeneuticis*, publica opera,  
strenue perget, easdemque ad finem hoc semestri perdu-  
cet, ab utilissima de *investigatione scopi* materia, ubi substitit,  
incepturus. Utque habeant erectiora ingenia sese exercen-  
di, suosque profectus explorandi campum, vnam per hebdo-  
madem horam disputando consecrabit. *Privatim*, quum  
fuerint; qui occasione praelectionum hermeneuticarum  
*collegium homileticum theoretico-practicum* desiderauerint, i-  
stud, si iustus adfuerit numerus, ad ductum praeceptorum  
RAMBACHIANORVM, omnibus numeris absolutorum,  
lucique nuper expositorum, tradere non denegabit. Adhaec  
offert *exegeticum*, in praestantissimam epistolam Pauli ad  
*ebraeos*, ita tractandum, ut praecepta institutaque herme-  
neutica ad praxin ybique referat adplicetque.

*In Facultate Juridica.*

**D. IO. FRIEDER. KAYSER,**

*Consil. Hasso Darmstatt. Antecessor & rerum Oeconomicarum  
in Alma Ludouiciana Inspector.*

**P**ER instans semestre hybernum Collegium Jur. Canon. ad finem perducere contendet, simulque novum Collegium Juris publici ad ductum Compendii Horniani auspiciabitur, nec non in aliis legitimaе scientiaе partibus ad nutum & desiderium Dn. Dn. Commilitonum libenter se accommodabit.

**D. JOH. FRIED. WAHL,**

*P. P. O.*

**P**UBLICE SCHILTERI *Instit. Jur. Canon.* explanabit, privata Collegia ad finem perducet, novum quoque ad STRYKII *Examen Juris feud.* pro desiderio Dn. Auditorum auspiciabitur.

**JOH. HARTMUTH RAYS,**

*Profess. Jur. Extraord. & Facult. Jurid. Assessor.*

**P**UBLICE *Historiam Juris*, qua via ad accuratiorem solidioremque Juris cognitionem sternitur, Autore celeberr. BRUNQUELLO docebit: In scholis autem privatis *Institutiones Justinianae* iterum explicabit, novumque *Pandectarum Collegium ad Comp. Jur. Laut.* exordietur, nec illis, qui vel Juris feudalis, vel canonici, vel Practicum Collegium, vel Exercitia disputatoria expetunt, deerit, sed lubentissimis operam suam praestabit.

ERN.

✻ ) ( ✻

---

# ERN. CHRISTOPH. ARNOLDI

*Jur. Prof. Publ. E. & Facultat. Jurid. Assessor.*

**A**bsolutis pridem intra elapsi semestris curriculum potioribus Statibus modernis Europæis, prælectiones super reliquis continuabit publicas, quas rationibus & exemplis ex historia tam priscorum quam novissimorum sæculorum, prout consuevit, illustrabit, simulque D. v. aggredietur interpretari *Historiam S. R. I. die Reichs; Historie* / ut ad diffusam Juris publici disciplinam animi Nobiliss. Dnn. Auditorum præparentur. Quemadmodum etiam aliis aliorum desiderijs pro demandata sibi provincia ac doctrinæ modulo, qua publice qua privatim accommodare se neutiquam detrectabit, sed in tradendis reliquis legitimæ scientiæ partibus facilem promptamque locabit dabitque operam, ut Collegia privata ad *Institutiones, Pandectas, Jus Feudale, & ad Struvii Jurisprudentiam forensem* noviter habenda, intra semestre spatium absolvantur, nec, prout proveciores desiderabunt Juris Cultores, *praxis* negligatur.

---

*In Facultate Medica.*

**D. JO. CASIMIR. HERTIUS,**

*P. P. O.*

**P**ublice collegium anatomicum aperiet, ab Osteologia denuo juxta Heisteriani Compendii ductum initium facturus: Privatim operam quoque dabit, ut in aliis non minus muneris sui partibus Nobiliss. Dn. Dn. Commiliton. desiderio & captui se accommodet.

**LVD.**

**LVD. HENR. LEO HILCHEN,**

*Medic. D. & P. P. O.*

**P**ublice, si Deus vitam & sanitatem dederit, historiam Medicinæ nuper coeptam profequi impigre perget. Privatim institutiones & universum quoque artis salutaris cursum inchoabit: omnique opera & studio commoda diligentium Philiatorum promovere allaborabit.

**D. GERARDUS TABOR,**

*P. P. O.*

**M**ateriam Medicam publice explicabit; Privatas operas votis ac desiderijs Dnn. Commilitonum consecrabit.

*In Facultate Philosophica.*

**D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,**

*Prof. Publ. Ord.*

**S**uo rogatus studio in quacunque parte studiosæ iuventuti satisfaciet.

**CHRIST. FRID. AYRMANNVS,**

*Hist. Prof. P. & Bibliothecar. Acad. b. t. Facult. Phil. Decanus.*

**P**ublice Notitiam rei litterariæ tradet, in utilitatem Bibliothecarum. Privatim continuabit Lectiones in Historiam Germanicam, & Historiam vniuersalem auspicabitur.

**JAC. FRID. MÜLLER, P. P. O.**

**L**ogica per elapsam ætatem exposita, Doctrinam de Principijs cognitionis humanæ generalibus nunc tradere incipiet, Pnevumaticem præterea & Theologiam naturalem privatim docturus, nisi, quod apud nos fieri amat, superfluariæ eruditionis amor philosophiæ neglectum omnibus persuaserit.

# IO. LVDOVICVS ALEFELD,

*Poës. Prof. Ordin.*

VT antiquioris etiam poëseos indolem perdiscant harum litterarum studiosi, elegans LVCRETII de rerum natura poëma publicis praelectionibus explanabit; priuatarum autem argumentum pro voluntate auditorum seliget. In philosophicis alteram *iuris naturalis* partem, quae electionibus aestiuis reliqua est, cum huius anni exitu ad finem perducet: Philosophiam quoque moralem siue *Ethicam*, & naturalem siue *Physicam* perspicue solideque docebit.

# ERNEST. FRID. NEVBAVER,

*antiquitatum, nec non graecae & oriental. linguarum P. P. O.*

RECitationibus publicis usum philologiae in interpretanda diuini scriptura selectissimis exemplis abunde demonstrabit. *Disiunctim* cursoria lectione libros metricos, eosque multo difficillimos, *psalmos, prouerbia & Iobum*, exponet. Addet, si adsint, qui hisce deliciis teneantur, *antiquitates ebraicas*, viam signante doctissimo Bremensium philologo & theologo, CONR. IKENIO, latebris suis eruendas. Neque *graeca & orientalia* negligentur.

# CHRIST. LVD. GERSTEN,

*Math. P. O. & S. R. Lond. Sod.*

QVam primum Obseruatorium publicum, quod praesenti tempore totum ferme occupatum habet, in eum statum fuerit deductum, ut usui Astronomico aliquantisper satisfaciat, scholas publicas statim aperiet atque hoc semestri Arithmeticam & Geometriam vulgarem demonstrabit. Priuatum

uatim & privatissime nihil, quod Mathemata in hac Ill. Ludoviciana promovere potest, praetermittet.

## IO. HERMANNUS BENNER

*Eloq. P. O. & Paedagogiarcha.*

**P**ublice hora decima, de fundamentis filii rhetoricis & philosophicis dilucide praecipiet. Priuatim quicquid poterit ac licebit exponet.

## CHRISTOPH. LVD. RVDIGER

*Prof. Philos. Extraord. Definitor & V. D. M. civicus.*

**D**octrinam de causis, & quae reliqua sunt, in publicis praelectionibus ad colophonem deducet: Theologiam naturalem, filum lineamentorum S. R. D. ROLLII secuturus, nuper admodum Cel. Wolffii editum Tr. eiusdem argumenti, perpetuo conferendo, proponet: nec in oratoria sacra opellam suam decenter exposcentibus, promptitudinem denegabit.

## CHRIST. GODEL. KOENIGIUS

*Philos. Prof. Extraord. sub fine Orb. hinc ab.*

**P**ublice quae promiserat, priuatis horis praeter alia Logicam absoluit: iam Geographiam antiqui aevi & desideratam multis & plerisque desiderandam, ducibus Celeberrimis, CELLARIO & KÖEHLERO, Göttingensium hodie lumine, Praeceptore quondam suo nunquam non colendo, ad optimorum auctorum illustrationem, publice explicabit pariter ac demonstrabit: priuatis studiis Dnn. Commilitonum desideriis omni cum industria satisfactorus.

---

**H**abebunt etiam *Generosi & Nihilissimi Cives* commodissimam occasionem in arte equestri, in ludo palestra, in arte commode & perite saltandi, nec non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exercitorum istorum, & linguarum magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi partamque habilitatem perficiendi.